

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Patri suo obseruando S.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

in noua luna uicinū, dixit fore egregiā uenatricē,  
ac alteram Dianam. Bene uale. 4. Calend. Iunias,  
Anno 1548.

Patri suo obseruando S.

Charissime pater: Causam, cur tardius expecta-  
tione tua nuncius redeat, ex literis aliorū intelli-  
ges. Absuit enim D. Philippus diebus 12. Quanquā  
enim in Pega breve colloquū fuit: tamē Lipsiae po-  
ste a triduo propter publicas disputationes reten-  
tus est. Nam et Theologi et Medici luculentas di-  
spitationes proposuerunt. Ego ad studia Latīnae  
lingue incipio iam elementa mathematum adiun-  
gere, & Arithmeticam ac Spæricam doctrinam  
exerceo in erigendis figuris celestium motuum ex  
quo labore duplēcē fructum capio. Nam et præ-  
paro me ad sonas Philosophiae, et ipsa dulcedo  
harum artū mirificis illecebris me ad cogitoscen-  
da penetralia doctrinæ inuitat. Et si autē scio deri-  
deri Philosophiam à populo: tamen quid potius fa-  
ciam, præsertim in hac adolescētia, & in tanta  
temporum mœstitia? Semper homines ingeniosi  
& modesti tumultuantibus imperijs dediderunt se  
talibus studijs, ut lenirent mœstitudinem. Oro autem  
Deum æternum patrem Domini nostri Iesu Chri-  
sti, ut te et charissimam matrem seruet in-  
columns, nosq[ue] spiritu suo regat.

Bene uale.

Alia.